Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scientia universalis concionandi seu dictionarium morale - Cod. Ettenheim-Münster 88-91

P-Z - Ettenheim-Münster 91

Richard, Jean

[S.l.], 1776

B

urn:nbn:de:bsz:31-110889

Visual Library

Documenta moralia .... 155. 238.
Supplementum .... 165. 258.

Avaritia.

Sermo primus.

Pro feria 2a Hebdom. 3ae. 169. 266.

Dixit unus ex discipulis ejus Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus, quare hoc unguentum non venit trecentis denariis, et datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat. Joan. 12.

Avaritia mentem excoecat, et talis, qui avarus est, omninò conatur sibi persuadere, quòd non sit avarus. Avaritia cor indurat, et talis qui passionem hanc novit et sentit, parùm curat media necessaria quærere, quibus ab ea liberetur.

Sermo Secundus.

Pro feria 6a 1a hebd. in Quadrages. 180. 281.

In his jacebat multitudo magna languentium, coecorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Joan. 5.

In quocunque statu et quacunque temporis varietate avarum consideremus, ubique infelix est. Tantum abest, ut ipsius avaritia ei quamdam satisfactionem in præsenti vita tribuat, aut aliquam securitatem pro futura, est in hoc mundo ipsius supplicii instrumentum, et funestum ipsius in altero infortunii præsagium. Ipsius avaritia illum in sua vita infelicem reddit et in morte adhuc infeliciorem.

Documenta moralia .... 191. 293.
Supplementum .... 201. 308.

B.

Bachanalia, oblectationes, libidines, Bachanaliorum.

Sermo primus.

Pro Dominica Quinquagesimæ. 204. 1.

Filius hominis tradetur, et illudetur, et flagellabitur, et postquam flagellaverint, occident eum. Luc. 18.

Hisce duntaxat diebus innovatur passio Domini nostri Jesu Christi, tradendo illum inimicis suis, Tradetur; illudendo ei, Illudetur; morte illum afficiendo, occident eum.

Sermo Secundus

Pro Fer. 2. vel 3. post Dominic. Quinquagesimæ 215. 12.

Domine ut videam. Luc. 18

Peccatores hisce diebus Jesum Christum inhonorant Scandalosis impietatibus suis; Sed etiam Jesus Christus ex suâ parte illorum impietates ulciscitur per coecitatem, qua illos percutit. contumelia afficitur, Sed etiam vindicatur.

224. 26. Documenta moralia

244. 53. Supplementum.

Beatitudo.

Beati, coeli et terræ bona.

Vide Paradisus.

Sermo Primus.

Pro Dom. 2dâ in Quadrages. 247. 59.

Domine bonum est nos hîc esse: faciamus tria tabernacula. Matth. 17.

Intuemur felicitatem præsentem velut rem possibilem, quia illius difficultates non videmus; et consideramus felicitatem futuram tanquam rem ferè impossibilem, quia nimis magna obstacula in câ superanda videmus. Emendemus binos hos errores duobus contrariis veritatibus. Nunquam possumus esse verè et perfectè beati super terram, prima veritas. Possumus tamen ducendo vitam Sanctam super terram mereri, ut simus aliquando beati in Coelo, secunda veritas.

Sermo Secundus.

Pro festo omnium Sanctorum.

257. 72. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelis. Matth. 5.

Sancti qui cum Deo regnant in coelis sunt soli perfectè beati. Habent quod diligunt, et diligunt quod habent. Universali felicitate fruuntur et æterna. Omnia bona in æternum possident.

265. 83. Documenta moralia.

279. 103. Supplementum.

Blasphemia.

Sermo Primus.

Pro ingressu Adventûs. 281. 111.

Non assumas nomen Domini Dei tui in vanum. Exodi 20.

Duo summum blasphemiæ horrorem nobis injicere debent, insignis injuria quam Deo infert, et terribilia supplicia quibus Deus illam afficit. Blasphemia perpetrata, blasphemia vindicata.

Sermo Secundus. — Pro Dom. 5. post Pentecostem.

Nunc autem deponite et vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Coloss. 3. — 288. 129.

Dantur blasphemi, et plures adhuc dantur qui blasphemari audiunt. Oportet ut priores se emendent, sive ex furoris impetu, sive ex indignatione, sive ex habitu blasphement. Oportet ut isti se zelo arment contra illos quos blasphemare audiunt, ne se illorum peccati blasphemando reos faciant.

Documenta moralia . . . . 299. 145.

Supplementum . . . . 305. 157.

C.

Confessio.

Sermo Primus. — Pro Dom. 3. post Epiphan. vel pro 13.a post pentecosten.

Quos ut vidit Jesus, dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus; et factum est, dum irent, mundati sunt. Luc. 17. — 309. 1.

Oportet animos addere iis, quos verecundia impedit, quominus confiteantur; et docere illos, qui confitendo sinceritatem et diligentiam necessarias non habent. Ita: magna ratio fiduciæ pro illis, qui confessionis tribunal accedere verentur. Ostendite vos sacerdotibus: insigne documentum pro iis, qui ad illud in spiritu dissimulationis et mendacii accedunt.

Sermo Secundus. — Pro Dominica 4.a Adventus. 320. 19.

Venit Joannes in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Luc. 3.

Quid sit confessio, et ad quid nos obliget. Quænam sint necessariæ conditiones, ut bona sit et perfecta. . . . . 337. 40.

Documenta moralia . . . . 343. 69.

Supplementum . . . .

Conscientia

Sermo Primus. — Pro Dominica prima advent. 345. 71.

Mundus gaudebit, vos autem contristabimini. Joan. 16.

Nihil est magis fatale quàm quies peccatoris, qui arbitratur se malum non agere, eò quòd conscientia sua ipsum non redarguat: nihilque ita illius interest, quàm ut perniciosam hanc securitatem abjiciat. Unde